

& contrarios, ex quibus denique unus alteri præsertur. Christus quoque diversa volebat, qua Homo, qua Deus. Itaque Natura & in Iustis a morte abhorret: ab ea quoque, non negabat Paulus, quin & ipse abhorreret. Verum Ratio, & desiderium migrandi ad Christum, ejusque Gloria fruendi, pergratam illi dissolutionem ipsam faciebat. Pergit Burnetus inquiens, dixisse Paulum: *Mors mibi lucrum*. Tum enumeratis tot malis & periculis ab ipso in vita toleratis, ait mirandum esse, cur tantillum dicat; & certe mortem in hac vita optabiliorem ei suisse. Primo somnum Burneti est illud tantillum; neque ejus erat, tanta confidentia definire, quantum lucri Apostolo obventuram erat in morte, quando is diserte infra inquit, *dissolvi*, *O esse cum Christo*, reputari a se multo magis melius: quibus verbis, ut Erasmus monuit, duplicit comparativum ad vehementiam, ut plurimum excessum significet, idque juxta idiomam sermonis Hebraicæ Accedit, quod Apostolus namquam sibi vitæ hujus exitum optavit, ut tribulationibus, quas pro Christo ejusque famulis perferebat, se eximeret. Immo placebat sibi in contumelias, in anglis pro Christo, ut ipse testatur 2. ad Cor. xii. 10. Quamobrem fortí hilarique animo inter ærumnas sibi vires addebat, certus, quo plura in terris pro Christi gloria atque utilitate Fidelium pateretur, eo majos sibi Gloriarum pondus expectandum in Cœlis. Atque heic præsertim prodit, se cupere *dissolvi*, non ut finem faciat laboribus & periculis, sed ut sit *cum Christo*, & coram Christo sistatur, cuius Gloriarum participem se confessum futurum novit. Chrysostomam, ut alios omittam, audi, tuitorem certe Pauli Interpretem, quam Burnetus, Hom. III. in Epist. ad Philipp. cap. 1. *Dissolvi multo magis melius*. *O quid eligam, ignoro*. *Quid ais?* *Quum hinc abiens AD COELUM SIS MIGRATURUS O CUM CHRISTO FUTURUS, ignoras, quid eligas?* Equis pugil, quum coronam posset induere, malit rurus in certamen descendere? Equis Dux, qui a bello cum gloria *O trophaeis liberari queat*, *O cum Rege in Regia quietus degere*, sequi oblectare, adhuc *O sudare præoptet*, *O in aciem prodire?* Ita ille, ita & nos sentiamus oportet.

C A P U T . III.

Alius scripture locis confirmata Catholice Ecclesiæ sententia. Non postremum tantummodo Iudicium agnoscendum, sed *O alia occulta*. Aliusque Christi Adventus admittere necesse est, tum in singulorum Fidelium morte, tum ad Hieropolynæ excidium. Resurrectionis Dogma nihil parat contra inchoatam Animarum Beatitatem in-Regno Cœlorum.

Usque ad Resurrectionem Burnetus vedges ferreos injecit cœlesti Hierusalem, ejusque ostia omnibus, præterquam Christo, clausit. Quam bene, hactenus vidimus. Adducatur nunc in examen alter Scripturarum locus Luc. xxiiii. 41. ubi poenitens Latro dicebat ad Jesum: *Domine, memento mei, quum veneris in Regnum tuum*. Et dixit illi Jesus. *Amen dico tibi, Hodie tecum eris in Paradiſo*. Conſueverunt